

quas confcripti, si illa esset basis & fundamentum totius edificii gratie, & clavis quam myfteriorum eius intelligentia referatur, sequeretur Augulini in aliis qui illum p...

497 Obiicit secundo Janfenius: Augustinus c. 11. & 13. de correptione & gratia docet Adamum voluntate & libero arbitrio in veritate lesisse; potuisse permanere in iustitia, si voluisset; ut vellet perseverare, Deum in eius reliquisse arbitrio, & familia que necessitatem gratie efficacis in statu innocentie videntur excludere. Ergo S. Doctor existimavit Adamum in statu illo florentissimo non eguiffe gratia efficacis ad recte operandum, & perseverandum in bono, sed tantum sufficientem, subdita eius libero arbitrio, quantum ad efficaciam & usum.

498 Sed nego consequentiam: Si enim hic discursus valeret, sequeretur Augulini excludere necessitatem gratie efficacis, nedum a statu innocentie, sed etiam a statu nature lapsae, quod non admittit Janfenius. Sequela probatur: Nam S. Doctor loquens de hominibus in statu nature lapsae, eundem loquendi modum usurpat: ait enim in libro ad Simplicianum, quod si Esau voluisset, & curruisset, &c. Et in libro de Genesi dicit quod omnes possunt implere prescripta, si volint. Unde sicut Augulini per hac verba non intendit excludere necessitatem gratie efficacis a statu nature lapsae, sed tantum explicare determinationem & consensum liberi arbitrii, sub motione & applicatione Dei ad volendum & operandum se determinantis, ut fateatur Janfenius, & aperte declarat ipsomet Augulini in libro retractationum, c. 10. his verbis: Quando dicit in libro de Genesi, deum non velle puram corda eorum, quia ad amorem visibilium se ad eius implenda precepta converterent, quod enim possunt, se vult: non excludit Pelagianum, secundum eos esse deum: verum enim est hoc posse se velle, sed preparatur voluntas a Domino. Ita similiter, quando ait in libro de correptione & gratia, Adamum voluntate & libero arbitrio in veritate lesisse, potuisse permanere in iustitia, si voluisset &c. non existimavit Janfenianum secundum eos esse dictum, verum enim est hoc potuisse Adamum, si voluisset, sed preparatur voluntas a Domino: id est per hoc non intendit S. Doctor excludere necessitatem gratie efficacis, sed solum declarare facilitatem recte operandi & perseverandi in bono, quam Adamus in felicissimo illo statu habebat a dono iustitiae originalis, quae cum perfecte subieceret mentem Deo, & appetitum inferiorem superiori, diffcultates omnes ad recte operandum submovebat. Unde Augulini c. 11. ejuissim libri: Ille non opus habebat eo adjutorio quod impiorum Sancti cum dicunt: video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae, &c. quoniam in eis caro conceptisset adversus spiritum, & spiritus adversus carnem, atque in tali contentione laborantes ac periclitantes, dari sibi pugnam, vincendum vicium, per Christi gratiam possunt. Ille vero nulla tali vice, a seipso adversus seipsum contrarius atque turbatus, in illo beatitudinis loco, sua secum pace fruatur: prout est non inferius lesiore, nisi verumtamen potentiori gratia indigeat sibi, &c. Et Prosper lib. 3. de vita contemplativa c. 7. Adamo, inquit, nihil aliud fuit non beatus, quam non velle: nihil autem reprehensibilem ratione velle non sufficit, nisi ipsum velle nostrum quod laudabile possibillitate deficit, divina virtus adversaria. Quia illum ad non peccandum, etiam jurare poterat adhuc semanatura, jam non impediti vitiata: & illum peccare fecit sola peccandi voluntas, non etiam plerumque cogit peccari jam facta necessitas. Ex quibus constat, quod eatenus dicitur in libero arbitrio Adami relinquit esse ut perseveraret, si vellet, non autem in nobis: quia nullam infirmitatem voluntatis vel mentis incurbat, & nullam inferioris appetitus repugnantiam sentiebat, & nullam difficultatem in agendo patebatur, quae per gratiam sanativam sive medicinalem vinci deberet; eam autem infirmitatem, repugnantiam, & difficultatem, propter statum nature jam corruptae sentimus, ideoque gratia sanativa sive medicinali ad eandem vincendam indigemus.

499 In hoc sensu interpretatur Augulini S. Thomas fidelissimus eius discipulus 2. 2. q. 137. art. 4. ad 2. ubi hac scribit: Dicit Augulini in libro de correptione & gratia, quod primo homini datum est, non ut perseverare posset per liberum arbitrium, quia nulla corruptio tunc erat, quae perseverandi difficultatem praebere.

Estius etiam in Augulini doctrina veritissimus, eodem modo luce locum intelligit & exponit in l. dist. 41. §. 14. ac subdit: Sane nisi haec a S. Thoma infirmam intelligentiam verborum Augulini recipimus, diffillimum erit, ac ne possibile quidem, Augulini sibi conciliare idem offendere quemadmodum ea quae obiecta sunt, non contrariarentur ita quae prius ex eodem Augulino fuerunt allata. Et infra: Quod si nihilominus adhuc contendat aliquis, Augulini verba quae obiecta sunt, hic inspecti non posse, potestque eum verum alterius esse sententia, tunc respondemus, ea quae de adjutorio primo homini & Angulino, deservit, & ut videtur extra auditorium scripturae, ab illo dispersata sunt ad hoc ut ea comparatione, gratia nostra per Christum veniat magis eminet, non debere praesumere doctrina quae quod alios Patres, ipsomet D. Thoman, in huiusmodi rebus exactissimum Doctorem, expressit reperitur: maxime propter rationem, in eam partem gravissimam, & ut nobis videtur infallibilem, & clare in Scriptura fundatam.

Obiicit tertio: Quoties D. Augulini investigat causam necessitatis gratie efficacis, non aliam assignat, quam aegritudinem nature, & vulnus lesae voluntatis, & nihil recurrit ad indifferentiam liberi arbitrii, vel ad generalem dependentiam & subordinacionem ad primum motorem: Ergo cum in statu innocentie nullum esset vulnus nec corruptio nature, nulla in eo erat necessitas gratie efficacis. Respondeo primo, negando Antecedens, ut enim §. 2. ostendimus; D. Augulini variis in locis ibidem relatis, docet Deum inclinare corda hominum ad actus etiam ordinis naturalis, & operari in nobis, non solum bonas voluntates quae pertinent ad iustificationem & salutem, sed etiam eas quae consulant saeculi creaturam, & quaedam vitam civilem & politicam spectant; ac proinde referunt necessitatem deceptorum & auxiliorum efficaciam, ad indifferentiam voluntatis create, & ad generalem subordinacionem & dependentiam a primo motore. Unde in Enchiridio, c. 31. & lib. 1. ad Simplicianum, q. 2. probat quod si Deus simultaneus tantum cum voluntate concurreret, nec illam ad agendum prepararet & applicaret: quemadmodum dicitur ab Apollonio: Non est hominis voluntas & currentis, sed Dei miserentis: ita etiam dici potest: non est Dei miserentis, sed hominis voluntas atque currentis. Locum integrum Augulini supra retulimus art. 2. §. 2.

Respondeo secundo, quod quando D. Augulini refert necessitatem gratie efficacis ad infirmitatem & corruptionem nature, & vulnus lesae voluntatis non assignat nullam totalem & adequatam illius, sed tantum causam quaedam, & magis congruam statui nature lapsae, quae verificatur. Intendit enim demonstrare contra Pelagianos, negantes peccatum originale ab Adamo in posterum per feminalem propagationem transfusum, naturam hominis esse vitiatam, depravatam, & vulneratam per peccatum Adami, ac proinde ad volendum & operandum bonum supernaturale, indigeret gratia Christi Salvatoris, quatenus medicinalis & sanativa. Non excludit tamen alia duo capita ex quibus gratia necessitas derivatur, nempe disproportionem potentiae naturalis ad actus & obiecta supernaturalia, & generalem subordinacionem & dependentiam a Deo ut primo motore, quae non solum habet locum in ordine naturali, & in statu nature lapsae: sed etiam in ordine supernaturali, & in statu integritatis & innocentie.

Dices, Si in utroque statui pravia motio & gratia efficacis ad recte operandum requiritur, nullam erit differenciam inter gratiam hominis sanatis, & hominis lapsi: Sed hoc dicit nequit, cum Augulini variis in locis distinguat gratiam sanitatis collatam Adamo in statu innocentie, a gratia medicinali, quae nobis ex meritis Christi confertur: Ergo nec illad.

Respondeo negando sequelam Majoris: licet enim homo in statu innocentie, quam in statu nature lapsae, gratiam & motionem efficacis ad actu agendum indiget; plura tamen inter gratiam Adamo collatam, & eam quae nobis tribuitur, reperitur discrimina. Nam prima fuit data ex liberalitate conditoris, secunda nobis conceditur ex meritis Christi Salvatoris. Illa erat gratia sanativa, illa medicinalis dicitur. Illa aprofessio fuit solum ex duplici capite, nimirum ex disproportione actus & obiecti supernaturalis supra potentiam naturalem anime, & ex generali subordinacione causae secundae ad primam: illa induplex ex corruptione nature, & vulnere lesae voluntatis requiritur, illa movens & applicans, illa sanans & roborans dici potest. Illa summam facilitatem bene agendi & in bono perseverandi praebat, illa vero non tollit omnem difficultatem ad bonum, nec inclinationem ad malum, cum solum sanat hominem, quem ad malum, & in eo relinquit corruptionem, quantum ad carnem. Denique auxilium sufficientis quod iustus in statu nature lapsae tribuitur, a gratia sanctificante & virtutibus infusus, juxta probabiliorum sententiam, distinguitur: quia cum in iustis remaneat corruptio & infectio, quantum ad carnem, cum ignorantia obscuritate in intellectu, ad tante infirmitatis sustentacionem, opus habent adhuc alio auxilio sanatae naturam, & praesente majores & efficaciores vires: adjutorium vero sine quo Adamo collatum, per quod poterat permanere in bona voluntate, si voluisset, non fuit aliud quam donum iustitiae originalis, seu gratia habitualis, ut partem superiorum subieciat Deo, appetitum rationi, & per sanctitatem

tatem anime, pacem inducens in partem inferiorem. Ita docent Sero lib. 1. de natura & gratia, c. 5. Curial. 1. 2. q. 109. art. 1. ad 2. Driedo libro de concordia liberi arbitrii & praedestinatione part. 2. c. 3. & colligitur Ex Augulino de corrept. & gratia, c. 12. sic dicente: Primo itaque homini qui in eo bono quo factus fuerat rectus, acceperat posse non peccare, posse non mori, ipsum bonum non deservere, datum est adjutorium perseverantiae, non quo feret non perseveraret, sed sine quo liberum arbitrium perseverare non posset. Ubi discrete asserit, quod Adam per illud bonum quo factus fuerat rectus (quod utique est donum integritatis & iustitiae originalis) acceperat posse non peccare, seu in bono perseverare. Unde idem S. Doctor de illo adjutorio nunquam dicit, quod Adam ei dissentire vel obtemperare posset, sed passim ait: illud adjutorium fuisse tale in quo permaneret, si vellet, aut quod deservere, si vellet, quae locutiones non nisi iustitia originali, & gratie sanctificanti, Adamo in creatione collatae, quadrare possunt.

204 Ex dictis haecuna in huius celeberrimi difficultatis resolutione, praeter plura quae elici inde possunt, constare puto D. Thoman melius ac facillius Augulini mentem affectum & interpretatum fuisse Janfenio, subindeque nimis anxie religiosos esse, & vano timore percelli, seu infelicitate herere aliquos, qui cum se D. Thoma discipulos jactent, huius S. Doctoris sententia & interpretatione subjiciunt, quasi piculum, aut apertam calumniam existimantes, suspicari Janfenium, hac in parte, a legitima S. Augulini mente & interpretatione aberrasse.

DISPUTATIO VI.

De amore Dei, & aliis divinae voluntatis affectibus.

Ad quaestionem 20. D. Thoma.

Postquam Angelicus Doctor quaestione 19. de divina voluntate per duodecim articulos fide diffinit, quaestione sequenti agit de ejus affectibus, & specialiter de amore, qui est primus voluntatis motus, a quo ceteri omnes oriuntur. Eidem ordini & methodo inherentes, postquam ea quae ad existentiam, quidditatem, obiectum, libertatem, efficaciam, aliaque divinae voluntatis prerogativas & perfectiones attinent, disputacionibus praecedentibus fuisse expendimus, de amore Dei, & aliis affectibus ad illam pertinentibus, pauca in hac disputacione dicemus.

ARTICULUS PRIMUS.

De Deo cum proprietate competat amor, & non solum gaudium sua bonitate?

§. I.

Propositio ratio dubitandi christiani recentioris, & consensu affirmativae sententiae.

Ratio dubitandi pro parte negativa est, quia amor est medius inter desiderium & gaudium, sive delectationem; quatenus gaudium est de bono praesenti seu possessio, desiderium de bono absenti, possessio tamen haberi: amor vero est de bono praesente a praesentia & absentia. Unde cum divina bonitas modo Deo praesens & ab illo possessa, actus divinae voluntatis ad illam terminatus, nequit habere proprie & formaliter rationem amoris, sed solum ratione gaudii & complacentiae.

2. Preter hoc argumentum, Valentini Herice tract. 2. disp. 13. q. 2. amorem specialiter dictum denegat voluntati divinae, respectu bonitatis intrinsecae Deo, licet illum admittat respectu bonorum ad extra. Hinc tamen sententiam ut singularem & temerariam rejiciunt ceteri Theologi, cum D. Thoma hic art. 1. in corp. & in resp. ad 1. & primo contra Gent. c. 91. ubi sex rationibus amorem proprie dictum, in Deo reperitur formaliter demonstrat.

3. Dico igitur: In Deo reperitur formaliter amor, & non solum gaudium de sua bonitate. Probatur primo conclusio ratione quam indicat D. Thomas hic art. 1. in quocumque habente voluntatem est amor: Sed in Deo est voluntas: Ergo & amor. Major probatur: Amor enim est primus voluntatis motus seu affectus, a quo ceteri omnes oriuntur: desiderat enim aliquis id quod amat, gaudet de eo quod amat, similitur odio habet malum contrarium illi quod amat, de eo tristatur, illudque refugit, &c. Ergo in quocumque habente voluntatem est amor.

4. Dices: Hac ratione solum probari, in Deo esse amorem respectu creaturarum, non tamen respectu sui bonitatis. Sed contra: In Deo reperitur gaudium & delectatio, non solum de bono creato, quod eminenter in illo continetur.

sed etiam de bonitate propria & increata, quam formaliter possidet, & cui intime, & per summam identitatem conjungitur: Ergo & amor. Probatur Consequentia: Omnis delectatio & gaudium oritur ex amore, teste D. Thoma 1. 2. q. 25. art. 2. Ergo si in Deo datur delectatio & gaudium de sua bonitate, debet etiam de illa dari amor, & non solum de bono creato quod eminenter continet.

Secundo probatur conclusio alia ratione qua utitur idem S. Doctor loco citato contra Gentiles. Amor bonitatis divinae specialiter sumptus, nullam imperfectionem dicit in sua ratione formali: Ergo est admittendus in Deo. Consequentia patet, Antecedens autem probatur. Imperfectio quae inveniri potest in aliquo actu secundum suam rationem formalem, vel provenit ex parte obiecti, vel ex modo se habendi seu tendendi ad illud: Atqui amor specialiter dicitur bonitatis divinae, imperfectionem non dicit ex parte obiecti, quod est divina bonitas, nec ex modo se habendi seu tendendi in illud, quod probatur, nam amor non petit absentiam obiecti, immo potius, ut dicit D. Thomas ex ipsius praesentia crescere solet: Ergo nullam imperfectionem dicit ob quam debeat a Deo relegari.

Respondet Herice amorem specialiter sumptum, etsi non petat realem absentiam obiecti amati, in qua desiderio distinguitur, petere tamen quod obiectum ejus abstracta a praesentia & absentia, seu possessione & non possessione: in quo differt a gaudio, quod respicit pro obiecto bonum praesens. Hac autem abstractio a praesentia & absentia, est aliquis imperfectio repugnans divinae bonitati, quae cum divina voluntate intime, & per summam identitatem conjungitur.

Sed contra: Licet amor abstracta a praesentia & absentia, abstractione negativa: id est non petat essentialiter praesentiam, vel absentiam, sed sit indifferens ad utramque; & in hoc differt a gaudio, quod essentialiter respicit bonum, ut praesens & possessum, & a desiderio quod ejus caretiam & absentiam essentialiter expostit: non abstractit tamen ab illis abstractione positiva, ita quod sit contra rationem amoris terminari ad bonum ut praesens & possessum: Ergo licet divina bonitas sit praesens, & intime conjuncta divinae voluntati, hoc tamen non impedit, quin illa valeat terminare amorem specialiter sumptum. Consequentia patet, Antecedens vero in quo posita est difficultas, multipliciter ostenditur. In primis enim si praesentia obiecti amori repugnat, sequeretur quod gaudium & amor, nunquam possent esse simul, & quod nunquam aliquis gauderet de bono obtento, quia illud amat, sed qui illud amavit, dum nondum haberetur: hoc autem esse falsum & absurdum, ex eo convincitur, quod bonum de quo gaudemus, incipit displicere, dum incipit non amari, & cessat gaudium de eo, dum cessat amor illius, ut experientia constat.

Secundo, Tantum abest quod unio & praesentia obiecti amori repugnet, vel illum impedit, quia potius illam perficit & auget, quod inquit Divus Thomas in spiritualibus bonis maxime contingit, quorum possessio experta, amorem non minuit, quae ante fuit affectionem desiderandi intendunt, possit tamen, sed auget: ad differentiam bonorum temporalium, quae ante fuit affectionem desiderandi generare solent. De quo videndus est magnus Gregorius homil. 86. in Evangelia. Tertio, Amor beatificus non tendit in bonitatem Dei, ut abstractam a possessione & non possessione: Ergo tamen abstractio non est de conceptu & essentia amoris specialiter sumpti. Consequentia patet, Antecedens probatur. Amor beatificus regulatur cognitione intuitiva & beatifica: Deum ut est in se respiciendo; ac per consequens non attingente Deum, cum praesentio a possessione & non possessione, a praesentia & absentia: Ergo non tendit in bonitatem Dei, ut abstractam a possessione & non possessione.

Denique ad distinguendum amorem a gaudio, non est necessaria possessio praesentio a possessione, sed sufficit negativa: id est sufficit quod est obiectum sit possessum: & obiecti possessio attingatur, non tamen ex vi formalitatis quia possessio, ametur, sed quia absolute bona ut latius exponemus §. sequenti; ubi etiam patebit solutio ad rationem dubitandi initio propositam.

§. II.

Solventur objectiones.

Obiicit primo: Actus divinae voluntatis terminatur ad bonitatem divinam ut possessam: Ergo non habet rationem amoris, sed gaudii & complacentiae. Consequentia probatur: Obiectum gaudii & fructuositas, est bonum praesens & possessum; obiectum vero amoris est bonum ut sic, abstractum a praesentia & absentia, a possessione & negatione illius: Ergo si actus divinae voluntatis terminetur ad bonitatem divinam, ut praesentem & possessam, non habet rationem amoris, sed gaudii.

T

Con-

- 14. Confirmatur primo: Actus desiderii proprie bonitatis repugnat Deo; Ergo & actus amoris. Consequenter videtur manifesta: sicut enim desiderium exigit perfectionem presentis objecti, ita & amor proprie dicitur, & prout a gaudio distinguitur.
- 15. Confirmatur secundo: Non datur in Deo scientia simplicis intelligentie circa seipsum, sed solum circa creaturas, quia de ratione simplicis notitie, & cognitionis abstractivae, est praedicere a presentia & existentia objecti: Ergo similiter ab eadem rationem, repugnat voluntati divinae amor sui specialiter dicitur.
- 16. Ad objectionem respondetur, concessio Antecedente, negando Consequentiam: Ad cuius probationem dicendum est, quod bonitas dupliciter potest attingi ut presens & possessa. Primo materialiter & specificative, & ita quod ratio possibili & consecuti, se habeat solum ut ratio que attingitur. Secundo formaliter & reduplicative, & ita ut ratio possibili & presens, non se teneat solum ex parte rationis que, sed etiam ex parte rationis sub qua, seu motive. Primo modo terminat actum amoris, secundo vero specificat fructum & gaudium. Quae solutio & doctrina illustrari potest ex dictis in Tractu de scientia Dei disp. ... art. a. ubi ostendimus, quod licet per intelligere essentiale, & divine nature constitutum, essentia divina cognoscatur, quatenus est causa creaturarum, & ratio a priori attributorum, illud tamen virtualiter distinguitur a scientia & sapientia, quia per illud essentia divina, ut causa, attingitur solum ut ratio que: in scientia vero & sapientia, se habet ut ratio sub qua.
- 17. Ad primam confirmationem, concessio Antecedente, nego Consequentiam, & paritate. Quia desiderium exigit abstractionem positivam presentie objecti amati: requirit enim quod sit propositum ab intellectu, ut futurum, & absens, amor autem solum exigit abstractionem negativam a presentia: id est solum exigit quod objectum proponatur ut bonum: etiam si presens sit specificative; dummodo reduplicative & formaliter non attingatur ut presens & possessum: ut antea declaravimus. Unde
- 18. Ad secundam confirmationem, concessio Antecedente, nego etiam Consequentiam, & paritate. Amor enim specialiter dicitur, non potest ad bonum terminari, ut non possessum positive, sed solum negative: ut iam diximus. At vero ad rationem simplicis notitie, requiritur quod objectum attingatur ut quod, non cognita existentia exercita, ex vi ejusdem actus; & quia talis praefatio divinis perfectionibus repugnat respectu actus divini, hinc fit quod non possint ab illo abstractivae cognosci.
- 19. Obijcies secundo: Si in Deo reperitur amor proprie dicitur: vel esset amicitia, vel concupiscentia. Neutrum dici potest: Ergo non datur in Deo amor respectu sui. Major constat. Minor autem probatur: Amicitia est ad alterum: Sed bonitas divina non est distincta a Deo. Ergo amor ad illum terminatus, non est amor amicitiae. Quod vero etiam non sit concupiscentia, probatur. In amore concupiscentiae intendit amans unire sibi aliquid bonum quod non habet: Sed Deus omnia bona habet sibi unita, quia cum sit infinitum bonum, nihil ei deficit: Ergo non se amat amore concupiscentiae.
- 20. Respondet negando Majorem, amor enim dividitur in amorem amicitiae & concupiscentiae; quando est inter supposita distincta, & ad alterum: unde cum in amore divino, hoc non reperitur, amor quo Deus amat suam bonitatem, nec est amicitia, nec concupiscentia, sed unio affectiva cum seipso.
- 21. Quaes, an gaudium & amor specialiter dicitur distinguantur in Deo virtualiter, & ratione ratiocinata? Respondet Salmanticensis hic disp. 4. dub. 2. quod sicut scientia simplicis intelligentiae & visionis, non distinguantur virtualiter adequate in Deo, sed secundum diversas terminaciones inadequatas, & penes ordinem ad diversa objecta materialia, ita amor & gaudium. Cui sententiae videtur favere D. Thomas hic art. 1. ad 1. ubi docet, Deum unice & eadem simplici operatione gaudere & amare.
- 22. Probabilius tamen iudico, & conformis principiis supra statuis, gaudium & amorem specialiter dicitur, in Deo virtualiter distingui. Cujus sententiae duplex potest assignari fundamentum. Primum est, quia actus qui in Deo inter se distinguuntur ex diversitate motivi, distinguuntur virtualiter: ut patet in scientia & lumine primorum principiorum: in electione & intentione, &c. Sed amor specialiter dicitur, & gaudium, differunt ex diversis motivis; ut constat ex jam dictis; Ergo virtuali gaudent discrimine.
- 23. Confirmatur: Si in Deo daretur desiderium alienajus perfectionis intrinsecae, virtualiter differret a gaudio, quia tenderet in divinam bonitatem sub diverso motivo, & ratione formalis sub qua. Ergo pariter amor specialiter dicitur, ob eandem rationem, in Deo virtualiter differret a gaudio: primus enim tendit in objectum quia bonum, alterum vero respicit illud, ut presens, sicut antea expressimus.
- 24. Secundum fundamentum sumitur ex eo quod illa distinctio

gauntur virtualiter in Deo, quorum unum comparatur ad aliud per modum principii & causae virtualis, seu rationis a priori: hac enim ratione probant Theologi essentiam divinam distingui virtualiter ab attributis, & immutabilitatem ab aeternitate &c. Sed amor est principium gaudii, ut constat ex supra dictis, & docet D. Thomas hic art. 1. Ergo virtualiter ab illo distinguitur. Unde ad exemplum quod afferunt Salmanticensis de scientia simplicis intelligentiae & visionis, neganda est paritas. Ratio discriminis est, quia diversitas quae inter scientiam simplicis intelligentiae & visionis versatur, desinitur solum ex parte objecti secundarii & materialis, nempe creaturarum, quae secundario cognoscuntur a Deo: ex objecto autem materiali & secundario, provenire nequit virtuale discrimen in actibus scientiae aut voluntatis Dei: sicut in nobis objectum secundario se habens ad actus, nequit specialiter distingui. At vero gaudium & amor specialiter dicitur, accipiunt discrimen ab objecto primario divine voluntatis, nempe bonitate divina, quae diversimode virtualiter movet, ut absolute bona, quae ratione specificat amorem, & ut de facto possessa, quae ratione specificat gaudium.

Ad locum vero D. Thomae dicendum est, quod quando S. Doctor ait, Deum unice & simplici operatione gaudere & amare, non intendit negare distinctionem virtualem in Deo, inter amorem & gaudium, sed solum realem, aut formalem, quae divine simplicitati repugnat.

ARTICULUS II.

An in Deo sit desiderium in ordine ad bona extrinseca?

S. I.

Referuntur sententiae, & vera eliguntur.

Circa propositam difficultatem triplex versatur sententia. Prima docet quod licet in Deo non sit appetitus, vel actus desiderii, in ordine ad bona intrinseca, utpote essentialiter ab illo possessa: bene tamen per ordinem ad extrinseca, quae non possidet essentialiter, & continentur solum eminenter. Ita Vasquez disp. 84. cap. 1. Suarez lib. 3. de attributis positivis, c. 7. Alarcon Tract. 3. disp. 7. cap. 2. Alii adhuc inter bona extrinseca distinguunt, docent illa esse in duplici differentia, & quadam dependentia a solo Deo, & quae ab illo solo tribuntur, independentem a nostro consensu: alia vero quae Deus nobis consistit, dependentem a nostro consensu: ut salus aeterna, actus vitales, & similia; & in ordine ad bona prioris generis, excludunt desiderium a voluntate divina in ordine vero ad alia illud admittunt. Ita Herice tract. 2. disp. 1. cap. 1. & quidam alii Recentiores.

Ventur tamen sententia oppositum docet, affirmans nec etiam in ordine ad bona extrinseca, cuiusvis generis five conditionis sint, esse admittendum appetitum, vel desiderium in divina voluntate. Ita Capreolus in 1. distinct. 45. q. 1. Ferraricus 1. cont. Gent. cap. 89. Nazarius, Gonzalez, Granada, Arrabal, & alii, cum quibus

Dico, in Deo non esse desiderium, etiam in ordine ad bona extrinseca, cuiusvis generis, five conditionis sint. Probatur conclusio ratione fundamentali. Desiderium est circa bonum non habitum, unde non dicimur desiderare bona quae nobis realiter conjuncta sunt, sed de illis gaudium & delectationem habemus: Atqui Deus totum bonum in se habet, nec potest bonitate aliqua carere, sicut nec perfectione; alias nec summe bonus, nec summe perfectus esset: Ergo in Deo desiderium esse non potest.

Dices, quod quavis Deus perfectissime possidet bona sibi intrinseca, illisque aliquando carere, maxima sit imperfectio: non tamen semper possidet bona extrinseca, nec illis aliquando carere, aliqua imperfectio est: unde quavis in Deo bona intrinseca, non fit, nec potest esse in eo desiderium, bene tamen in ordine ad bona extrinseca.

Sed contra: Desiderium debet esse de bono, nec formaliter, nec eminenter praehabito: Sed Deus, ratione bonitatis increatae & infinite, continet omnia bona creata & extrinseca, saltem eminenter: Ergo etiam respectu bonorum ad extra, non potest in Deo esse desiderium. Minor patet, Major autem sic ostenditur, Desiderium in ordine appetibili, est sicut motus proprie sumptus, in ordine physico: Sed motus, cum sit actus imperfecti, petit subiectum esse in potentia, per negationem non solum continentiae formalis termini, sed etiam continentiae eminentialis, ut docet Philosophus 8. physic. ubi est hoc principio probant, non posse idem esse secundum idem movens & motum; quia idem non potest esse in actu & in potentia in ordine ad aliquem terminum, quod requirebatur ut esset movens & motum, nam amant quocumque movet secundum quod est in actu, movetur autem secundum quod est in potentia: Ergo appetitus vel desiderium petit bonum non haberi a desiderante vel appetente, nec formaliter, nec eminenter.

Confirmatur: Nemo potest dici desiderare illud quod in sua virtute & potentia perfectissime continet: Sed Deus omnia

omnia bona creata & extrinseca perfectissime continet in sua virtute & potentia: Ergo non potest illa desiderare. Minor constat: Major probatur. Quando aliquis caret aliquo quod in sua virtute & potentia perfectissime continet idcirco eo caret, quia non vult illud habere, cum possit: Sed nemo potest dici desiderare bonum illud quod non vult habere, cum possit: Ergo nemo potest dici desiderare bonum illud quod in sua virtute & potentia perfectissime continet.

Dices cum Herice: Hoc argumento solum convinci, non posse Deum desiderare illa bona quae in ipsius sola sita sunt potestate: non autem illum non posse desiderare ea quae a nostra libertate dependent.

Sed contra: Idcirco nequit Deus bona primi generis desiderare, quia in ipsius potestate & virtute sunt posita: At etiam bona illa quae a nostra voluntate dependent, in virtute Dei perfectissime continentur, cum Deus, ut ait Augustinus, habeat cordium inclinandum omnipotentissimum potestatem, magisque habeat in sua potestate voluntates hominum, quam ipsi suas: Ergo eadem ratione illa desiderare non potest.

Dices rursum: Quod quavis ea sibi desiderare non possit, eo quod illa in sua potestate continet, potest tamen nobis ea desiderare.

Sed contra: Spes aut desiderium non est de bono alterius, nisi quatenus bonum alterius est bonum aliquis alius, sed tantum sibi, ut docet D. Thomas 2. 2. q. 17. art. 3. ubi hoc discrimen constituit inter amorem & spem (& idem dicendum est de desiderio) quod amor, quia unio quaedam est, potest terminari ad bonum alterius: spes vero, quia consistit in motu, motus autem semper est ad proprium terminum proportionatum mobili, direxerit respicit proprium bonum, non autem quod ad alium pertinet: Ergo, &c.

S. II.

Soluntur Objectiones.

Obijcies primo: Spiritus Sanctus procedit ex amore sui: Sed talis amor desiderium est: Ergo datur desiderium in Deo, etiam in ordine ad bona intrinseca. Major est certa, Minor probatur. Talis amor non est gaudium de Spiritu Sancto: Ergo est desiderium illius. Consequentia patet, probatur Antecedens. Gaudium est de bono possessio & habitus: Aequi amor ex quo Spiritus Sanctus procedit, non est de illo ut possessio, vel habitus, sed habendo; cum ex illo Spiritus Sanctus procedat, & consequenter non supponatur habitus vel possessio: Ergo amor ille, gaudium de Spiritu Sancto non est. Simile argumentum fieri potest de actu voluntatis divinae quo causatur creatura: ille enim non potest esse amor specialiter dicitur, cum terminetur ad illas, non secundum se solum, sed etiam ut futuras. Nec etiam gaudium, nam illud terminatur ad suum objectum, ut possessum & habitum: esse autem creaturarum est posterius actu praedicto, cum ex illo causetur: Ergo est desiderium.

Respondet negando Minorem: Ad probationem, distinguo Majorem: de bono possessio & habitus praeviae, ad amorem, nego Majorem. Praeviae ad amorem, aut in vi illius, pro eodem instanti in quo, concedo Majorem; & sub eadem distinctione Minoris, nego Consequentiam.

Explicatur solutio: Sicut de ratione notitie intuitivae, non est praesentia objecti priori ad cognitionem, sed sufficit praesentia in eodem instanti reali, licet habita ex vi cognitionis: ex quo inferunt Theologi, Verbum Divinum ex intuitiva sui cognitione procedere, & creaturas causari a Deo per scientiam visionis: quia pro eadem mensura durationis existunt, quavis illarum existentia ex tali cognitione procedat. Ita de ratione gaudii non est possessio anteverrens amorem, sed possessio pro eodem instanti reali, est ex vi amoris habear: quod in amore ex quo Spiritus Sanctus procedit, contingit, & ideo gaudium est. Ex quo etiam patet solutio ad aliud argumentum ibidem inferatum: nam etiam actus voluntatis divinae quo causatur creatura, habet rationem gaudii, quia licet creaturae non praexistant ad illum, existunt tamen & habent esse ex vi illius in eodem instanti in quo.

Obijcies secundo: Deus habet voluntatem antecedentem de salute omnium hominum, ut supra ostendimus: Sed talis voluntas non est simplex complacentia de illo rum salute ut possibilis, cum Deus in nostra sententia, mere possibilis non amet, etiam amore simplicis complacentiae. Nec amor specialiter dicitur, cum ad gloriam terminetur, ut futurum quodammodo. Nec gaudium, cum illud fit de bono praesenti, & salus reproborum non sit illi praesens, etiam in mensura aeternitatis, quia nunquam erit in tempore: Ergo est desiderium. Unde Chrysolostomus homil. 1. in Epistol. ad Ephes. dicit, quod Deus valde cupit & valde desiderat nostram salutem.

Respondet voluntatem Dei antecedentem de salute Theol. Genet. Tom. I.

omnium hominum, esse simpliciter amorem naturae humanae, secundum se consideratae, & prout est capax beatitudinis & salutis, five potius omnium hominum, prout communicant in eadem natura ad salutem condita, & ad finem supernaturali elevata, & desiderium secundum quid, & improprie; quatenus ad illam ut in se non praesentem, & ab omnibus hominibus non possessam, terminatur: non tamen est desiderium absolute & simpliciter, quia salus omnium hominum in virtute & potentia Dei perfecte continetur; desiderium autem (ut supra dicebamus) debet esse boni non habiti, nec in actu, nec in virtute, nec formaliter, nec eminenter. Unde quando D. Chrysolostomus eadem voluntatem desiderium appellat, loquitur de desiderio secundum quid & improprie, vel quantum ad effectum; quia sicut pater desiderans filio quod doctus evadat, de mediis sufficientibus hominibus vult aeternam salutem, omnibus confert, vel salutem offert, & praeparat media & auxilia sufficientia, ut disputatione 2. ostendimus art. 5.

Obijcies tertio, in Deo est proprie gaudium, non solum de bonis propriis, sed etiam de bonis creaturarum, ut docet D. Thomas 1. contra Gent. c. 90. in fine: Ergo & desiderium. Probatur Consequentia. Desiderium & gaudium comparantur ut medium & finis, vel ut motus & terminus: At cui competit terminus & finis, debet etiam motus & medium competere: Ergo si Deo competit gaudium, potest etiam in eo desiderium reperiri.

Respondet concessio Antecedente, negando Consequentiam: quia in gaudio de bonis creaturarum, nulla apparet imperfectio, bene tamen in desiderio, illud enim debet esse boni non habiti, nec formaliter, nec eminenter, nec actu, nec virtute. Ad probationem, distinguo Majorem: ut medium necessarium semper, nego Majorem. Non necessarium, concedo Majorem, & distinguo Minorem eodem modo, & nego Consequentiam. Licet enim desiderium semper ordinetur ad gaudium, ut medium ad finem; & motus ad terminum: non tamen semper petit illud procedere & initiare, nec gaudium semper illud terminare, nam Deus de seipso delectatur & gaudet, quavis sui desiderium habere nequeat.

ARTICULUS III.

An alii affectus voluntatis humanae, proprie, vel solum metaphorice Deo conveniant?

Constat ex dictis articulis praecedentibus, amorem & gaudium proprie reperiri in Deo, non tamen desiderium; quia illud est de bono habito, nec in actu, nec in virtute; nec formaliter, nec eminenter. Item dicendum est de spe: Objectum enim spei est bonum absens & arduum: At nullius boni affectus potest esse ardua vel difficilis Deo, cum sit omnipotens, & nihil possit ei resistere: Ergo in illo potest esse spes. Evidens etiam est timorem & tristitiam illi non convenire, quia timor respicit malum proprium imminens, & tristitia est de malo praesenti: Deo autem nullum potest accidere malum. Unde duo solum restant affectus, de quibus potest esse dubium & controversia, in propria, vel solum metaphorice Deo conveniant; odium scilicet & ira, de quibus §. sequenti breviter agendum est.

S. I.

Demonstratur odium & iram non convenire Deo proprie, sed tantum metaphorice.

Deo primo: Odium non reperiri proprie in Deo sed tantum metaphorice: Est contra Suarez, Vasquez, Molina, Arrabal, aliosque Recentiores, qui odium proprie dictum in divina voluntate constituant. Est tamen D. Thomas 1. contra Gent. c. 96. ubi sic ait: *Ex hoc autem apparet, quod odium aliquis rei Deo convenire non potest. Sicut enim amor se habet ad bonum, ita odium se habet ad malum, nam his que amamus, bonum volumus, his vero que odimus, malum. Si igitur voluntas Dei ad malum inclinari non possit, ut ostensum est, impossibile est quod esse rem aliquam odio habeat.* Quibus verbis non solum conclusionem nostram clarissime docuit, sed etiam rationem effectivam ad illam suadendam insinuavit. Odium enim proprie dicitur petit per se primo terminari ad malum. At nullus actus voluntatis divinae potest primario ad malum terminari: Ergo in illa odium proprie dictum inveniri non potest. Major constat, cum ex S. Doctore loco relato, & 1. 2. q. 39. art. 1. tum etiam ratione ex praedictis locis desumpta. Sicut enim amor se habet ad bonum, ita odium se habet ad malum: Sed amor per se primo terminatur ad bonum sub ratione boni: Ergo odium per se primo terminatur ad malum sub ratione mali. Minor etiam suadet, Omnis actus voluntatis divinae petit primario terminari ad bonitatem intrinsecam Dei, quia bonitas divina & increata, ut supra ostendimus, est objectum adequate terminativum divinae voluntatis. Ergo non potest per se primo terminari ad malum.

